



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dominica viij. post pentecosten

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

falsa pietate dixerunt: post iudicium dæmones esse soluendos. Sicut enim æternum regnum præparatum est sanctis, ita æternum supplicium reprobis, domino dicente: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et iterum: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Hinc per Salomonem dicitur: Lignum in quacunque parte ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem, id est, siue in infernum, siue in regnum dei, ibi erit.

Mat. 25.

Ecc. 19.

DOMINICA VIII. POST PEN  
tecosten, ad Romanos VI.

Fratres, Humanum dico propter infirmitatem carnis uestre &c.

**Q**uid est hoc quod dicit Apostolus, Humanum dico? Hoc est, leue & ad complendum facile. Actus diceret alijs uerbis: Quia carnales adhuc estis, non potestis propter fragilitatem carnis maiora præcepta ferre & implere, idcirco leuia præcepta uobis committam. Quid enim tam facile, ut Origenes dicit, quid tam leue, quam ut sit homo ita promptus ad iustitiam & ad dei uoluntatem complendam, sicuti ad mala opera solet esse promptus? Multo magis, siquidem leuius potest uirtutibus deseruire quam uitijs, & dei uoluntatem implere quam diaboli. Videamus quomodo, & dicamus pauca & pluribus. Est quilibet latro, & quilibet alius iustitia propria uiuens, non de rapina. Dum latro cruciatur gelu & frigore, & superfluis meditationibus per dies & noctes torquetur, uoluens in animo, expectans in agro, quomodo

do furtum perficiat: iustus securus epulatur in die de laboribus proprijs, & quiete noctis cum securitate delectatur. Et dormiente iusto somno gratissimo, plerumque ille qui gelu frigoris & inedia famis torquetur, occiditur ab his, quibus vim inferre molebatur. Similiter qui adulterium perpetrat, timet superuenire maritum & interfici ab illo, timet etiam uicinos propter famam malam. E contra castus & amator proprii conjugij, securitate seruat castitatem suam, uel etiam secure amplectitur proprium connubium. Quapropter subiungit Apostolus: Sicut, inquit, exhibuistis, id est, praeuastis. membra uestra seruire immunditiae, id est, libidini, fornicationi, impudicitiae [ & iniquitati ] subauditur seruire [ ad iniquitatem ] perpetranda[m], [ ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae ] omnibus uirtutibus [ in sanctificationem. ] uidelicet ut sancti esse possitis, secundum quod deus omnipotens precipit: Sancti estote, quia ego sanctus sum. **Leu. 11. & 19.** Per iniquitatem debemus intelligere omnia peccata: quia quicquid contra legem dei agitur, iniquitas nuncupatur. Per iustitiam uero, omnes uirtutes. Et est sensus: Sicut uos praeuastis antequam ad fidem uocati essetis, ut seruiretis omnibus immunditijs: ita nunc in fidem iam consistentes, praeuastate omnia membra & omnes sensus corporis uestri, quomodo seruiatis omnibus uirtutibus.

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. ] Sicut qui seruit peccato & diabolo, eius seruus est cuius uoluntatem adimplet, sic qui seruit iustitiae, seruus est iustitiae & dei. Qui enim seruit furto & adulterio, seruus est adulteri & fur

ti. Sed hoc sciendum, quia seruum esse iustitiæ, laudabile est: liberum uero esse a iustitia, non est laudabile. Ita seruum esse peccati, detestandum est, liberum autem a peccato, laudandum.

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis? In turpitudinibus peccatorum, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum, mors est. Romani antequam ad fidem domini uenirent, omnibus uitijs omnibusque turpitudinibus seruebant, quæ etiam turpe est dicere. Sunt tamen ab Apostolo in hac epistola iam superius commemorata. Venientes ad fidem, erubescabant ac uerecundabantur non solum in facto, sed etiam in recordatione eorum. Unde Apostolus uolens eos confirmare, ne ad illa reuenterentur, aiebat Dicite mihi, quem fructum (id est, quam remunerationem bonam) habuistis in illis turpitudinibus, in quarum recordatione & memoria nunc erubescitis & uerecundamini? Nam finis illorum, id est, consummatio illorum peccatorum, mors æterna est, quando homo in peccatis criminalibus moritur & terminum uitæ facit. Finis peccatorum mors est illi, quia mortem æternam inde accipit. De talibus dicit Propheta. Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta appellantur homines, qui irrationabiliter uiuunt sine honestate morum & cõuersationis. Iumenta quippe in stercore computrescere, est, in fœtore luxuriæ & turpitudinibus uitiorum uitam finire.

Nunc uero liberati a peccato per passionem Christi, per aquam baptismatis seruituti facti deo, qui ante eratis serui diaboli, habetis fructum uestrum in sanctificationem.

Rom. 1.

Ioc. 1.

Quia opus uestrū ē, & sanctificationē uobis procurat,  
finem uero uitam eternam.

id est, consummationem operū uestrorum habetis uitam eternam, quia uitam eternam pro perseverantia uestra percipietis.

Stipendium enim peccati.

id est, remuneratio peccatorum [mors] eterna est. Non tamen de omnibus peccatis intelligendū est, sed de criminalibus, de quibus dicit Iohannes: Est <sup>1. Ioh. 5.</sup> peccatum ad mortē: non pro hoc dico ut quis roget. Antiquitus enim potius ponderabatur pecunia, quam numerabatur. Vnde militibus pro uita regis & gubernatione patrie militantibus, stipendium (hoc ē, substantia & remuneratio) ex publico arario tribuebatur. Et sicut illis remuneratiōis causa stipendium dabatur, ita militantibus diabolo dabitur mors eterna pro remuneratiōe.

Gratia autem dei, uita eterna in Christo Iesu domino nostro ] Quid est, quod loquens de remuneratiōe peccati, stipendiū nominauit ipsam remuneratiōem: & de remuneratiōe electorū dixit, gratia dei? Ideo, quia illi qui militāt, propriam mercedē accipiunt. Quicquid autē electi habent, totum a gratia dei accipiunt, siue fidē, siue charitatem, seu aliquod bonum opus habeant: & insuper pro gratia ista fidei & bonorum operum, accipiet gratis a deo uitam eternam per adiutorium Iesu Christi, sine quo nihil boni habere possumus.

**DOMINICA VIII. POST**

**Pentecosten. Marci VIII.**

In illo tempore Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberēt quod manducarent,

AA

conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam, Et reliqua.



**D**ominus Iesus Christus, deus ante secula, & homo factus in fine seculorum, ita sua opera temperare dignatus est, ut in uno eodemque miraculo se uerum deum, uerumque hominem esse declararet. Quod in huius lectionis serie cito cognoscimus, si hanc diligenter consideremus. Quod enim super turbam esurientem

miserentia motus dicitur, humane compassionis est indicium. quod autem de septem panibus quatuor millia hominum reficit, diuine potestatis est declaratio. Nec putandum est, hanc eandem esse lectionem ubi alij euangelistae de quinque panibus quinque millia hominum satiata fuisse referunt: quia ibi discipuli dominum commonent, ut dimittat turbas emere quae sibi necessaria sunt. hic autem dominus supra turbam esurientem misericordia motus dicitur: ibi quinque panes, hic septem fuisse memorantur: ibi hordeacei, hic cuius generis annonae fuerint, non declaratur: ibi quinque milia hominum de quinque panibus satiata sunt, hic de septem panibus quatuor millia refecta: ibi supra saxum discubuerunt, hic super terram. Unde ibi per turbam, quae ex quinque panibus satiata est, populus sub lege ueteris testamenti positus esse designatur, qui

Ioh. 6.

quinq; libros Moyſi ad ſuam eruditionem accepit  
 hic autem per turbam, quæ ex ſeptem panibus re-  
 ficitur, multitudo hominum fidelium, quæ per gra-  
 tiã noui teſtamenti quotidie paſcitur, designatur.  
 Hanc turbam Iſaias in ſpiritu a dño paſcendam p̄-  
 uiderat, cum dicebat: Venient ad eum omnes gen- *Iſai. 2.*  
 tes, & ibunt populi multi, & dicent: Domus Iacob  
 uenite, & ambulemus in lumine domini, Et *Pſal. 85.*  
 miſta. Omnes gentes, quascunq; feciſti, uenient &  
 adorabunt coram te domine, & glorificabunt no-  
 men tuum in æternum. Et bene in illa refectione,  
 quæ ex quinq; panibus facta eſt, per quam popu-  
 lum Iudæorum diximus ſignificari, diſcipuli dñm  
 communiſſe dicuntur, ut dimitteret turbas eme-  
 re ſibi neceſſaria, quia idem populus ante aduen-  
 tum domini patriarchas & prophetas ſuos inter-  
 ceſſores habuit. In hac autem ipſe dominus ad mi-  
 ſericordiam commouetur, quia gentilis populus  
 non ſuis meritis, nec aliquo interueniente, ſed ſola *Ephē. 2.*  
 gratuita dñi miſericordia ſaluatus eſt, ſicut Pau-  
 lus apoſtolus ait: Gratia dei ſalui facti eſtis. Et pul-  
 chre dominus turbam, quam amore uerbi dei eſu-  
 rientem uidit, etiam cibo corporali reſecit, ut in il-  
 lis adimpleret, qđ ipſe alibi promiſit, dicens: *Mat. 6.*  
 Quærite primū regnū dei & iuſtitiam eius. & hæc omnia  
 adijciētur uobis. Recte ergo de hac turba dicitur:

Quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec ha-  
 bent quod manducent. Turba enim dominum  
 triduo ſuſtinet, cum fidelis populus in confeſſione  
 ſanctæ trinitatis inceſſabiliter perſeuerat. Suſtine-  
 re em̄ homo deum dicitur, cum etiam nec inter ad-  
 uerſa ab eius deficit amore, imitans illum qui di-  
 cebat: Dirige me in ueritate tua & doce me, qđ tu *Pſal.*

es deus saluator meus, & te sustinui tota die. Ali-  
ter: Turba triduo dominū sustinet, cum electi in-  
tellectum, memoriam & uoluntatem in bono ope-  
re occupāt. Siue certe dominum triduo sustinet,  
cum fidē & spem & charitatē inuiolabilem seruat,  
1. Cor. 13 de quibus Apostolus ait: Maneant in uobis fides,  
spes, charitas, tria hæc. maior autē his est charitas,

Et si dimisero eos ieiunos in domum su-  
am, deficient in uia.] Domus electorum proprie  
Ioh. 14. cælestis est patria, de qua dñs ait: In domo patris  
mei mansiones multe sunt. Ad quam ardentissimo  
amore peruenire optabat ille, qui dicebat: Vnam  
Psal. 26. petij a dño, hæc requirā, ut inhabitem in domo dñi  
omnibus diebus uitæ meæ. Via autem p̄sens est ui-  
ta. Quandiu em̄ uiuimus, in uia sumus, necdumq;  
ad patriā puenimus. Nō uult ergo dñs turbā ieiunā  
dimittere, ne deficiāt in uia: quia electi ne in p̄senti  
uita a bono opere cessent, pabulo uerbi dei pascen-  
di sunt: quia sicut deficit corpus sine cibo, ita anima  
sine uerbo dei. Quo cibo refici desiderabat ille, q;  
Psal. 22. dicebat: Dñs pascit me, & nihil mihi deerit, in loco  
pascuę ibi me collocauit. Quod autē subiungitur.

Quidam enim ex eis de longe uenerunt,  
si ad utrunq; populum referre uoluerimus popu-  
lus Iudæorum de prope uenit, quia legis notitiam  
& dei cognitionē habuit: de longe autē gentilis ue-  
nit, quando post idolorum culturā ad dei cogniti-  
onem conuersus est. Vnde Apostolus ait: Ipse est  
Eph. 2. pax nostra, qui fecit utraq; unum. Quotidie uero  
in conuersione fidelium, alij de prope, alij de lon-  
ge ad fidem ueniunt. Qui enim in nullis crimina-  
libus peccatis contaminatus, dei uoluntatem se-

quitur, sine dubio de prope uenit. Sed & is, qui licet  
 to coniugio expertus, ad deum conuertitur, ex p-  
 ximo uenit. Qui autem post publica flagitia, ad-  
 ulteria, furra, homicidia, ebrietates, rapinas, p pœ-  
 nitentiam ad deum conuertitur, de lōge uenit. De  
 prope aut uenit, qui ab ipsa infantia uel pueritia,  
 in seruitio dei se mancipat: de longe uero, qui in se-  
 nectute ad deum conuertitur. Promittit ergo do-  
 minus cibum se daturum etiam his, qui de longe  
 ueniunt: quia nō solum iustos, sed etiam peccato-  
 res conuersos recipit & amat, sicut ipse ait: Nō ue- **Luce. 5.**  
 ni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.  
 Et Apostolus ait: Veniens euangelizauit pacem **Ephe. 2d**  
 his qui erant prope, & his qui longe. Talibus ergo  
 nec ueniam, nec cibum abnegat ille, qui per pro-  
 phetā ait: Viuo ego, dicit dominus deus, quia no- **Iez. 18.**  
 lo mortem peccatoris, sed ut cōuertatur & uiuat. **& 33.**  
 Et iterum: Peccator in quacunq; die cōuersus fue-  
 rit, & ingemuerit peccatum suum, omnia peccata  
 eius obliuioni tradentur. Et rursus: Nunquid ob- **Isa. 49.**  
 liuisci potest mulier infantem suum, ut non mi-  
 sereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego ta-  
 men non obliuiscar tui. Et in euangelio: Non est **Mat. 9.**  
 opus sanis medicus, sed male habentibus.

Et responderūt ei discipuli sui: Vnde istos  
 poterit quis hic saturare panibus in solitudine? ]  
 In illa refectioe Philippus specialiter dixisse nar- **Ioh. 6.**  
 ratur: Ducentorum denariorum panes non suffici-  
 unt turbæ, ut unusquisq; modicum quid accipiat,  
 Nunc autem generaliter omnes discipuli dicunt:  
 [Vnde poterit istos quis hic saturare panibus in  
 solitudine?] Quanto ergo discipulis difficilior res  
 uisa est, tanto magis miraculum domini clarescit.

**Pfal. 103** Fragilitate quippe carnis grauari apostoli, nō dum adhuc perfectē diuinitatem Christi intelligebant, quando eo præsente, qui educit panem de terra & uinum, quod lætificat cor hominis, ex paucis panibus multitudinē hoīm posse satiari dubitabāt, Sed dñs nō solū ut dubitationē discipulorū auferret, ue r̄uetiā ut multitudinē fatigatā ieiunio reficeret, ex paucis panib⁹ multitudinem hoīm reficere uoluit.

**Et interrogauit eos: Quot panes habetis?**

Nō ignorans dñs discipulos interrogat, qui om̄ia fecit ante q̄, s̄iat, sed ut ex sua interrogatōe illorū aīos erudiat & discant p̄ eius p̄sentiā de paucis panibus multas turbas hoīm satiari posse insolitudine, q̄ p̄ q̄draginta annos sine aratri labore immēsas populi cateruas cibo manne aluit in deserto.

**Qui dixerunt: Septem.**

In alia refectiōe quinque panes hordeacei fuisse referuntur, per quos (ut diximus) scriptura ueteris testamenti significata est, sub tegmine literę latēs. Nunc autē hic septem panes fuisse memorantur, p̄pter septiformē gratiā spūs sancti, cuius gratia illuminati apostoli eorūq; successores, & fidē sanctę trinitatis & quatuor euangeliōrū dētrinā mundo annunciauerūt. Quod bene septenarius numerus signat, q̄ cōstat ex primo pari & primo impari, i. ex ternario & quaternario. Siue quia septenarius numerus frequenter p̄ plenitudinem ponitur, bene septē panes fuisse memoratur, q̄a per sancti spiritus gratiā, perfectionē iustitię consecuti sunt sancti.

**Et pręcepit turbę discumbere super terrā.**

In alia refectiōe turba sup fœnum discubuisse legitur, quia lex carnalia tātum prohibebat peccata

Omnis enim caro fœnū, & omnis gloria eius tan- Isa. 40.  
 quam flos agri. In hac autem, per quam, gratiam  
 noui testamenti diximus figurari, recte turba su-  
 per terrā discubuit: quia gratia noui testamenti  
 non solum culpas operis, sed etiam culpas cogita-  
 tionis restringit: nec solum aliena rapiētibz con-  
 tradicit, sed etiam ad perfectionem tendentes, pro-  
 prias facultates cum ipsa terra relinquere monet,  
 domino dicente: Si uis perfectus esse, uade Mat. 19.  
 omnia que habes, & da pauperibus, & habebis the-  
 saurum in cęlo: & ueni, sequere me. Et sicut ipse ali- Luc. 14.  
 bi ait: Nisi quis renunciauerit omnibus que pos-  
 sidet, patrem, matrem, uxorem, liberos, fratres &  
 sorores, seruos & ancillas, & agros propter nomē  
 meum, non potest meus esse discipulus. ¶ Morali-  
 ter autem turba super terram discubuit, cum fideli-  
 um animæ suæ fragilitatis memores, terram se iu- Psal. 118.  
 giter & puluerem esse considerāt, dicentes cum  
 Psalmista: Adhæsit pauimento anima mea, uiuifi-  
 ca me secundum uerbum tuum. Et iterum: Quo- Psal. 43.  
 niam humiliata est in puluere anima nostra, con-  
 glutinatus ē in terra uenter uoster. Taliter ille su-  
 per terram discubuerat, q̄ dicebat: Loquar ad do- Gen. 18.  
 minum meum, cum sim puluis & cinis.

Et accipiens septem panes, gratias agens  
 fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, &  
 appoluerunt turbæ. ¶ Iam superius per septem pa-  
 nes, septem dona spūs sancti figurari diximus. Do-  
 minus ergo septem panes accepit, quia præ omni-  
 bus hominibus specialiter septē dona spiritus san- Isa. 11.  
 cti in se habuit, dicente propheta: Et requiescet su-  
 per eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & in-  
 tellectus, spiritus cōsiliij & fortitudinis, spiritus sci-

entis & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Fregit autem panes & dedit discipulis suis, quia eiusdem spiritus sancti dona unicuique sanctorum, prout uult, distribuit, alijs largiens sermonem sapientie, alijs sermonem scientie, alijs genera linguarum, alijs interpretationem sermonum, alijs discretionem spirituum. Siue dedit septem panes discipulis ut apponerent turbae, quando post resurrectione apprensus illis, insufflauit & dixit eis:

Ioh. 20.

Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Discipuli autem apposuerunt turbae, quia per eorum praedicationem notitiam sacri mysterij mundo uoluit innotescere. Pulchre refectura turba, gratias egisse dicitur, ut ostenderet in omnibus bonis operibus deum a nobis esse glorificandum.

Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. ¶ Per pisciculos, quos benedixit & apposuit turbae, sanctorum imitabilis conuersatio designatur, qui non solum more piscium saltus super aquas dare consueuerunt, contemnentes terram & amantes caelum, sed etiam inter fluctus uariarum persecutionum spiritaliter crescunt & proficiunt, dicentes cum Apostolo: Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed is qui interior est, renouatur. Cum septem ergo panibus paucos pisciculos iussit apponi, quia sanctorum exemplum cum praedicatione uerbi ad imitandum nobis quotidie praedicatorum praefertur. Bene autem pauci pisciculi fuisse memorantur, quia sanctorum conuersatio, suo iudicio humilis est & despecta, quibus saluator ait: Nolite timere pusillus grex, quia contempnit patri uestro dare uobis regnum. De quibus per Salomonem dicitur

2. Co. 4.

exterior homo noster corrumpitur, sed is qui interior est, renouatur. Cum septem ergo panibus paucos pisciculos iussit apponi, quia sanctorum exemplum cum praedicatione uerbi ad imitandum nobis quotidie praedicatorum praefertur. Bene autem pauci pisciculi fuisse memorantur, quia sanctorum conuersatio, suo iudicio humilis est & despecta, quibus saluator ait: Nolite timere pusillus grex, quia contempnit patri uestro dare uobis regnum. De quibus per Salomonem dicitur

Luc. 12.

exterior homo noster corrumpitur, sed is qui interior est, renouatur. Cum septem ergo panibus paucos pisciculos iussit apponi, quia sanctorum exemplum cum praedicatione uerbi ad imitandum nobis quotidie praedicatorum praefertur. Bene autem pauci pisciculi fuisse memorantur, quia sanctorum conuersatio, suo iudicio humilis est & despecta, quibus saluator ait: Nolite timere pusillus grex, quia contempnit patri uestro dare uobis regnum. De quibus per Salomonem dicitur

ditur: Lepusculus plebs inualida, collocat in petra  
 cubile sibi. Et recte in illa refectione, quæ ex quin  
 panibus facta est, duo pisces fuisse memoratur,  
 & hic incertus numerus ostenditur: quia ad com  
 parationem illorum, qui ex populo Iudæorum  
 credituri erant, infinita multitudo ex gentili popu  
 lo ad fidem uenit, domino dicente: Multi uenient  
 ab oriente & occidente, & recumbent cum Abra  
 am, Isaac & Iacob in regno cælorum.

Pro. 30.

Matt. 8.

Et manducauerunt, & saturati sunt.

¶ Non omnes æqualiter manducauerunt, sed omnes  
 ad unam satietatem peruenerunt: quia scripturæ  
 sacre intellectum non omnes æqualiter capiunt,  
 sed tamen omnes pro modo & persone sua spiri  
 talem refectionem in ea inueniunt. Vnde bene de  
 manna dicitur: Qui plus habuit, non abundauit:  
 & qui minus, nõ minorauit, sed omnes mēsi sunt  
 ad mensuram gomor. Est enim scriptura sacra flu  
 uius quidam, magnus & paruus, excelsus & humi  
 lis, in quo elephas natat, & agnus pedibus ambu  
 lat: quia spirituales & doctissimi uiri, quanto ple  
 nius eius intellectum degustant, tanto amplius ē  
 quod in eo esuriant: & humiles & paruuli secun  
 dum modulum suæ capacitatis, unde satientur, in  
 ea inueniunt. De quibus per Psalmistam dicitur:  
 Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt  
 dominum qui requirunt eum, uiuent corda eo  
 rum in seculum seculi.

Exod. 16

2. Co 8.

Psal. 20.

Et sustulerunt quod superauerat de fra  
 gmentis, septem sportas.

Hic domini miraculum augmentatum est. Ma  
 gnum enim esset miraculum, si de septem pani-

AA v

bus quatuor millibus hoīm satiatis. nihi superes-  
 ser. Sed creuit signū, auxit admirationē: nō solū em̄  
 de septē panib⁹ quatuor millia hoīm satiata sūt, sed  
 etiā de fragmētis, iuxta numerū panū, septē spor-  
 tae repletae sunt. Quod ergo turba nō capit, apo-  
 stoli in sportis sustollūt: q̄a obscuriores sentētiās  
 sacre scripturę, q̄s simplices capere nequeūt, magi-  
 stri & doctores ecclesie in pprijs pectoribus recō-  
 dere debēt, ut tēpore doctrinę unicuiq; psonę cibū  
 spirituale tribuere possint: q̄a turpe est eo tempore  
 discere, q̄n q̄s debet docere: & sint de illis, de q̄bus

**Luc. 12.**

dñs ait: Fidelis seruus & prudēs, quē cōstituit dñs su-  
 pra familiā suā, ut det illis in tēpore tritici mēsurā,  
 Pulchre in illa, q̄ ex quinq; panib⁹ facta est, duode-  
 cim cophini fragmenta remanserūt: q̄a Iudaico  
 populus duodecim apostolos plenos spiritus an-  
 cto, ad suā eruditionē habuit. In ista aut, iuxta nu-  
 merū panū, septem sportae sustolluntur: q̄a ecclesia  
 ex gentibus collecta, p septiformem gratiā spiri-  
 tus sancti celebratur, regitur atq; reficitur. In cuius

**Apo. 1.**

**& 5.**

**Zac. 3.**

typo Iohannes in Apocalypsi suā septē ecclesias  
 enumerat, nec nō & septem candelabra aurea, & se-  
 ptē cornua agni. Vnde Zacharias ppheta ait: In la-  
 pide uno septē oculi sunt. Recte aut p septē spor-  
 tas p̄cordia sanctorū significant, q̄ sp̄s sancti gratia  
 illuminati, & uiriditate fidei immarcescibile seruat,  
 & tela nequissimi ignea spiritualibus armis extingū-  
 tes, ad trophæū p̄petuę uictorię tēdūt. Sporta em̄  
 ex iūco & palma cōtextitur. & iūcus quidē iuxta hu-  
 morē aque nasci cōsuevit: palma uero dicta est q̄si  
 pacis alma, q̄ uietricē solebat ornare manū. Sācti  
 ergo uiri, q̄si iūcus iuxta aquā uiridescūt, q̄n medi-  
 tatiōi sacre scripturę insistūt, ne a fide & bonis acti-

bus arescere possint, de quibus scriptum est: benedictus  
 uir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius: & erit Iere. 17.  
 tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod  
 ad humorem emittit radices suas, & non timebit cum  
 uenerit aestus: sed erit folium eius uiride, & in tempore  
 siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere  
 fructum. Quasi autem cum iunco palma in sporta con  
 textitur, quoniam istud sancti uiri contra carnis uitia & cogi  
 tationum spiritale bellum suscipiunt, scientes quia ca  
 ro occupabit aduersus spiritum, spiritus autem aduer Gal. 5.  
 sus carnem. Et haec sibi inuicem aduersantur, ut  
 non quod uolumus, illa faciamus. Quorum constantissi  
 ma perseverantia manifestatur, cum subditur:

Erant autem qui manducauerunt, quasi quatuor  
 millia, & dimisit eos. ¶ Non frustra quatuor mil  
 lia hominum a domino reficiuntur. Quaternari  
 us enim numerus perfectus est, & in suis partibus  
 diuisus, perfectionem obtinet. Diuiditur enim in  
 unum, duo & tria. Unum namque ad deum pertinet,  
 quia unus dominus, una fides, unum baptisma, Eph. 4.  
 unus deus & pater omnium, qui super omnes &  
 per omnia & in omnibus nobis. Duo, ad geminam  
 dilectionem uel duo testamenta. Tres, ad sanctam  
 indiuiduamque trinitatem, patris scilicet & filii &  
 spiritus sancti. Quatuor autem ad gratiam noui te  
 stamenti, uel ad quatuor libros euangelii quae ma  
 xime in his describitur. Quia ergo in quatuor libris  
 euangeliorum inuenimus qualiter unum deum credamus,  
 & qualiter geminam dilectionem habeamus, nec non  
 qualiter sanctam indiuiduamque trinitatem confitea  
 mur, recte quatuor millia hominum a domino satiata es  
 se dinoscimus. Sive recte, quia quatuor millia hominum a  
 domino refici audiuiimus, nos mystice docemur, ut si spi

ritaliter refici uolumus, quatuor principales uirtutes, prudentiam scilicet, temperantiam, fortitudinem atq; iustitiam, quibus nihil est utilius in uita hominis, habeamus. Quia enim quadratus lapis non fluctuat, sed in quā cūq; patrē uersus fuerit, æquiter iacet, recte quaternario numero constantia sanctorum designatur, qui non circumferuntur omnino uento doctrinæ, sed ut firmi lapidis, siue in prosperis, siue in aduersis, in bonis actibus & in fide constantissime perseuerant, considerantes illud quod

Mat. 10.  
& 24.

dominus ait: Qui perseuerauit usq; in finem, hic saluus erit. Siue, quia & fidē bene credendi, & constantiam recte uiuendi per quatuor euangeliorum doctrinam discimus, recte quatuor millia hominum de septē panibus refecta fuisse memorantur.

Non enim aliter credere aut uiuere debemus, nisi quomodo quatuor euangelia docent. Vnde Iohannes in Apocalypsi quatuor animalia ante thronū dei plena oculis ante & retro se uidisse testatur, claustrum: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, qui est, & qui erat, & qui uenturus est.

Apo. 4.

### DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN, ad Romanos VIII.

Fratres, Debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus &c.

**A**pertissime nos beatus Apostolus, fratres charissimi, in præsentī lectione quam audistis, carnis desiderijs non debere seruire docet, dicens [Ergo fratres, debitorum sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus.] Neq; enim, propterea nos fecit deus ad imaginem suam, ut carnis seruituti essemus abnoxij, sed potius ut creatori suo